

gatur. Id quod videre est i. Ex voce נָגַע, quæ in ejusmodi casu adhibetur Exod. XII: 22. & cum phrasim nostra permutatur. Illa enim aperte immediatam contrectationem involvit, unde etiam Interpretes Alexandrini per *ναθίγεν* contingere vertunt. 2. Ex ipsis ritibus, quibus Judæi usi sunt, quando sanguine hâc ratione altaria imbuebant, tunc etenim ipso digito in sanguinem immerso cornua altaris attingebant, ut patet ex *Maimon: הלכות מעשה הקרבנות* Cap. V. §. 7. Conf. ea quæ infra Cap. V. disputabimus. Hinc itaque non sine ratione concluditur, in reliquis, ubi eadem phrasis adhibetur, ut quando sanguis auri aut pollici manus ac pedis sacerdotum vel mundandi leprosi indi dicitur, idem non per infusionem aut adspersionem sed immediatum contactum fieri debuisse.

## §. 9.

Cum autem omnes illæ sive adspersiones sive litus *verbum* sanguinis aliorumve liquorum eo fine fierent, ut mundum טהרה quid ex immundo redderetur, & pollutio omnis vel peccato vel externa contrectatione rei immundæ contracta tolleretur, hinc est, quod nonnunquam stylo Sacrae Scripturæ effectus ille, purificatio nempe seu expiatio metonymicè pro ipso ritu adspersionis ponatur. Ei usui inservit verbum זרחה, quod licet in primâ conjugatione peccare denotet, in Pihel tamen & Hithpahel idem est, quod à peccato absolvere, seque à reatu purificare. Cujus rei, cum frustrationes illæ signa externa fuerint, non solum vocabulum hoc effectum earum exprimit, quando scil. cum ipsis vocibus זרקה &c. conjungitur, ut fit Levit. XIV: 51. 52. Ezech. XLV: 18. & passim, verum præterea nonnunquam ipsi adspersionum ritus eodem designantur; primariò quidem, quando de sacrificio pro peccato sermo est. Unde 2. Cron. XXIX. 24. de hircis piacularibus dicitur אֶת רְמֵם הַמּוֹבֵחַ Et expiaverunt (sacerdotes adspergendo) sanguinem eorum ad altare Conf. Levit. VI: 26. IX: 5. &c. Hinc Rashi ad Exod. XXIX: 34. מִתְנַת רְמִים הַנְּתוּנִים בְּאַצְבָּע קָרוּי *Chattir* datio sanguinis dati digito dicitur EXPIATIO. Nonnunquam tamen etiam de cæteris adspersionibus hoc verbum adhibetur, ut Num. XIII: 21. XXXI: 19. 20. 23. Pf. LI: 9. unde R. Salom.

B

ben